

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

Liber octauus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

P. VIRGILII MA-
RONIS AENEIDOS

Liber octauus.



T belli signum Laurentis
Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepue-
runt cornua cantu:
Vig³ acreis concussit equos,
vig³ impulit arma:
Extemplo turbati animi,
simul omne tumultu

Coniurat trepido Latium, seuitq³ iuuentus
Eflera. ductores primi Messapus, & Vsens,
Contemtorq³ deum Mezentius, vndiq³ cogunt
Auxilia, & latos vastant cultoribus agros.
Mititur & magni Venulus Diomedis ad urbem,
Qui petat auxilium: & Latio consistere Teucror,
Aduectum Aeneam classi, victosq³ penates
Inferre, & satis regem se dicere posci,
Edoceat: multasq³ viro se adiungere gentes
Dardanio, & lare Latio increbescere nomen.
Quid struat his cepris: quem, si fortuna sequatur,
Euentum pugnis cupiat: manifestius ipsi,
Quam Turno regi, aut regi apparere Latino.
Talia per Latium: quae Laomedontius heros
Cuncta videns, magno curarum fluctuat aestu:
Atq³ animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc:

T 2

L3

In partesq; rapit varias, perq; omnia versat.
Sicut aqua tremulum labrus ubi lumen athenis
Sole percussus, aut radiantis imagine luna,
Omnia peruolitat late loca: iamq; sub auras
Erigitur, summiq; ferit laquearia tecti.

4

Nox erat, & terras animalia fessa per omnis,
Alituum pecudumq; genus sopor altus habebat.
Cum pater in ripa gelidq; sub aethere axe
Aeneas, tristi turbatus pectora bello,
Procubuit, seramq; dedit per membra quietem.
Huic deus ipse loci fluuius Tyberinus ameno,
Populas inter semor se attollere frondes
Visus. cum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo.
Tum sic assari, & curas his demere dictus:
O sate gente desum, Troianam ex hostibus urbem
Qui reuehis nobis, aeternaq; Pergama seruas,
Expectate solo Laurenti, aruiq; Latini:
Hic tibi certa domus, certi (ne absiste) penates:
Neu belli terrere minis. tumor omnis, & ira,
Concessere deum.

Iamq; tibi (ne vana putes hac fingere somnum)
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum foetus enixa, iacebit
Alba solo recubans, albi circum vbera nati.
Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum:
Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis,
Ascanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano. Nunc quae ratione, quod impetum
Expedit

Expedias victor, paucis, aduerte, docebo.
 Arcades hic oris (genus à Pallante profectum,
 Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti)
 Delegere locum, & posuere in montibus urbem,
 Pallantis proavi de nomine, Pallanteum.
 Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina:
 Hos castris adhibe socios, & fœdera iunge.
 Ipse ego te ripis & recto flumine ducam,
 Aduersum remis superes subuectus ut annem.
 Surge age nate dea, primusq; cadentibus astris,
 Iunoni fer ritè preces, iramq; minasq;
 Supplicibus supera votis. mihi victor honorem
 Persolues: ego sum, pleno quem flumine cernis
 Stringentem ripas, & pingua culta secantem,
 Cœruleus Tybris, cœlo gratissimus annus.
 Hic mihi magna domus, celsis caput urbibus exit.
 Dixit: deinde lacu fluuius se condidit alto,
 Ima petens, nox Aeneam somnusq; reliquit.
 Surgit, & atheri spectans orientia solis
 Lumina, ritè caui vndam de flumine palmis
 Sustulit, ac tales effudit ad athera voces: (est.
 Nympha Laurentes, Nympha, genus annibus vnde
 Tuq; ô Tybri, tuo genitor cum flumine sancto,
 Accipite Aeneam, & tandem arcete periculis.
 Quo te cunq; lacus miserantem incommoda nostra
 Fonte tenet, quocunq; solo pulcerrimus exis:
 Semper honore meo, semper celebrare donis,
 Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum:
 Aspice tandem, & propius tua numina firmes.

Sic memorat : geminasq; legit de classe biremes
 Remigioq; aptat : socios simul instruit armis.
 Ecce autem, subitum atq; oculis mirabile monstro
 Candida per syluam cum fœtu concolor albo
 Procubuit, vridiq; in littore conspicitur suus :
 Quam pius Aeneas, tibi enim, tibi maxima laus
 Mactat, sacra ferens, & cum grege sistit ad ara
 Tybris ea fluuium, quàm longa est, nocte tumens
 Lenij, & tacita refluens ita substitit vnda:
 Mitus vt in morem stagni, placidaq; paludis
 Sterneret aquor aquis, remo vt luctamen abesse
 Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.
 Labitur vincta vadis abies : mirantur & vnda,
 Miratur nemus insuetum fulgentis longè
 Scura virum fluuiio, pictasq; innare carina.
 Olli remigio noctemq; diemq; fatigant:
 Et longos superant flexus, varijq; reguntur
 Arboribus: viridesq; secant placido aquore syluam.
 Sol medium caeli conscenderat igneus orbem,
 Cum muros, arcemq; procul, & rara domorum
 Tecta vident, qua nunc Romana potentia celsa
 Aequauit : tum res inopes Euandrus habebat.
 Ocyus aduertunt proras, vrbisq; propinquam.
 Fortè die solennem illo rex Arcas honorem
 Amphitryoniade magno, diuisq; ferebat.
 Ante urbem in luco. Pallas huic filius vna
 Vna omnes iuuenum primi, pauperq; senatus,
 Thura dabant, tepidusq; cruor fumabat ad aras.
 Vt celsas videre rates, atq; inter opacum

Allabi nemus, & tacitis incumbere remis:
 Terrentur visu subito, cunctiq; relictæ
 Consurgunt mensis. audax quos rumpere Pallas
 Sæva verat, raptosq; volat telo obuius ipse:
 Et procul è tumulto Iuuenes, quæ causâ subegit
 Ignotas tentare vias? quò tenditis? inquit.
 Qui genus? vnde domo? pacemne huc fertis, an ar-
 Tum pater Aeneas puppi sic satur ab alta. (ma-
 Paciferaq; manu ramum prætendit olivæ:
 Troiungas, ac tela vides inimica Latinæ:
 Quos illi bello profugos egere superbo,
 Euandrum petimus. ferte hac, & dicite lectos
 Dardania venisse duces, sociâ arma rogantes.
 Obstupuit tanto percussus nomine Pallas:
 Egredere ô quicumq; es, ait, coramq; parentem
 Alloquere, ac nostris succede penatibus hospes.
 Accepitq; manu, dextramq; amplexu inhaesit.
 Progreßi subeunt luco, fluviumq; relinquunt.
 Tum regem Aeneas dictis affatur amicis:
 Optime Graiugenûm, cui me fortuna precari,
 Et vitæ comptos voluit prætendere ramos:
 Non equidè extimui, Danaûm q; ductor, & Arcas.
 Quodq; à stirpe fores geminis coniunctus Aridæ:
 Sed mea me virtus, & sancta oracula diuûm,
 Cognatiq; patres, tua terris dedita fama,
 Coniungere tibi, & satis egere volentem.
 Dardanus, Iliacæ primus pater vrbs & autor,
 Electra (vt Grai perhibent) Atlantiðe cretus,
 Aduehitur Teucros: Electram maximus Atlas

Edidit, aethereos humero qui sustinet orbes.
 Vobis Mercurius pater est, quem candida Maïa
 Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.
 At Maïam (auditis si quicquam credimus) Atlas
 Idem Atlas generat, cœli qui sidera tollit.
 Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.
 Hu fretus, non legatos, neq; prima per artem
 Tentamenta tui pepigi: meme ipse, meumq;
 Obieci caput, & supplex ad limina veni.
 Gens eadem, qua te, crudeli Daunïa bello
 Insequitur: nos si pellant, nihil abfore credam.
 Quin omnē Hesperia penitus sua sub iuga mittat
 Et mare, quod supra, teneant, quodq; alluit iugis.
 Accipe, daq; fidem. sunt nobis fortia bello
 Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentutis.
 Dixerat Aeneas: ille os, oculosq; loquentis
 Iamdudum, & totum lustrabat lumine corpus.
 Tunc sic pauca refert: Vi te fortissime Teucrum
 Accipio, agnoscoq; libens! vt verba parentis,
 Et vocem Anchisæ magni, vultumq; recorder.
 Nam memini Hesperiones visentem regna fororis
 Laomedontiaden Priamum Salamina petentem,
 Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines.
 Tum mihi prima genas vestibat flore iuventa:
 Mirabarq; duces Teucros, mirabar & ipsum
 Laomedontiaden: sed cunctis altior ibas
 Anchises. mihi mens iuuenili ardebat amore
 Compellare virum, & dextræ coniungere dextram
 Accesti, & cupidus Phœnei sub mœnia duxi.

Ille mihi insignem pharetram, Lyciasq; sagittas,
 Discedens, chlamydemq; auro dedit intertextam,
 Frenaq; bina, meus qua nunc habet, aurea, Pallas.
 Ergo & quā petitis, iuncta est mihi fodere dextra:
 Et, lux cum primum terris se crassina reddet,
Auxilio latos dimittam, opibusq; iuuabo.

Interea sacra hac (quando huc venistis amici)
 Annua, qua differe nefas, celebrate fauentes
 Nobiscum: & iam nunc sociorum assuescite mensis.

Hac ubi dicta: dapes iubet & sublata rapenti
 Pocula: gramineoq; viros locat ipse sedilibus *scripsit*
 Præcipuumq; tero, & villosi pelle leonis

Accipit Aeneam, solioq; inuitat acerno.
 Tum lecti iuuenes certatim, araq; sacerdos
 Viscera tosta ferunt taurorum, onerantq; canistris.

Dona laborata Cereris, Bacchumq; ministrant.
 Vescitur Aeneas simul & Troiana iuuenis

Perpetui tergo bouis & lustralibus extis.
Postquam exempta fames, & amor cōpressus edendiq; *scripsit*

Rex Euandrus ait: Non hac solennia nobis *scripsit*
 Hæc ex more dapes, hanc tanti numinis aram

Vana superstitio, veterumque ignara deorum
 Imposuit. sacris, hospes Troiane, periclis

Seruari facimus, meritosq; nouamus honores.
 Iam primum sacris suspensam hanc aspice rupem,

Disiecta procul ut moles, desertaq; montis
 Stet domus, & scopuli ingentem traxere ruinam.

Hic spelunca fuit vasto submota recessu,
 Semihominis Caci: facies quam dira tegebat,

Solis inaccessam radijs : semperq; recenti
 Cade tepebat humus, foribusq; affixa superis
 Ora virum tristi pendebant pallida tabo.
 Huic monstro Vulcanus erat pater, illius atro
 Ore vomens ignes, magna se mole ferebat.
 Attulit & nobis aliquando optantibus etas
 Auxilium, aduentumq; dei, nam maximus ille
 Tergemini nece Geryonis, spolijsq; superbus
 Alcides aderat, taurosq; hac victor agebat
 Ingentes : vallemq; boues, annemq; tenebant,
 At furys Caci mens effera, ne quid mansum,
 Aut intentatum scelerisue doliue fuisset :
 Quattuor a stabulis praestanti corpore tauros
 Auerit, totidem forma superante iuuenta.
 Atq; hos, ne qua forent pedibus vestigia recti,
 Cauda in speluncam tractos, versisq; viarum
 Indicys raptos, saxo occultabat opaco.
 Quarentem nulla ad speluncam signa ferebant.
 Interea cum iam stabulis saturata moueret
 Amphitryoniades armenta, abiturumq; dararet:
 Discessu mugire boues, atq; omne querelis
 Impleri nemus, & colles clamore relinqui :
 Reddidit vna bouum vocem, vastoq; sub antra
 Mugit, & Caci spem custodica fefellit.
 Hic verò Alcide furys exarserat atro
 Felle dolor, rapit arma manu, nodumq; gradualum
 Robur, & aëry cursu petit ardua montu.
 Tum primum nostri cacum videre iumentum,
 Turbatumq; oculis, fugit ilicet ocyor Euro,

speluncamq; petit, pedibus timor addidit alas.
 Vt sese inclusit, raptuq; immane catenis
 Deiecit saxum, ferro quod & arte paterna
 Pendebat, fultuq; emunxit obice postes:
 Ecce furens animis aderat Tirynthius, oronemq;
 Accessum lustrans, huc ora ferebat & illuc,
 Dentibus infrendens: ter totum feruidus ira
 Lustrat Auentini montem: ter saxea tentat
 Limina nequicquam: ter fessus valle refodit.
 Stabat acuta silex, praeclisis vndiq; saxis,
 Spelunca dorso insurgens, altissima visu,
 Dirarum nidus domus opportuna volucrum.
 Hanc, vt prona iugo laeuum incumbebat ad amnem,
 Dexter in aduersum nitens concussit, & imis
 Ausam soluit radicibus. inde repente
 Impulsi: impulsu quo maximus insonat aethere
 Dissultant ripae, refluitq; exterritus amnis.
 At specus, & Caci detecta apparuit ingens
 Regia, & umbrosa penitus patuere cauerna.
 Non secus, ac si qua penitus vi terra dehiscens
 Infernas raseret sedes, & regna recludat
 Pallida, dijs inuisa, superq; immane barathrum
 Cernatur, trepidentq; immisso lumine manes.
 Ergo insperata deprensam in luce repente,
 Inclusumq; cauo saxo, atq; insueta rudentem,
 Desuper Alcides telu premit: omniaq; arma
 Aduocat, & ramis, vastiq; molaribus instat.
 Ille autē (neg. enim fuga iam super vlla periculi est)
 Raucibus ingentem fumum (mirabile dictu)

Euomitis.

Euomit, inuoluitq; domum caligine caca,
 Prospectum eripiens oculis: ghemerantq; sub
 Fumiferam noctem, commixtis igne tenebris.
 Non tulit Alcides animis, seq; ipse per ignem
 Praecipiti iccit saltu, quā plurimus vndam
 Fumus agit, nebulaq; ingens specus afluat
 Hic Cacum in tenebris incendia vana vomens
 Corripit in nodum complexus, & angit inde
 Elisos oculos, & siccum sanguine guttur.
 Panditur extemplō foribus domus atra reuulsa:
 Abstractaq; boues, abiurataq; rapina
 Caelo ostenduntur: pedibusq; informe cadaver
 Protrahitur. nequeunt expleri corda tuenda
 Terribiles oculos, vultum, villosaq; setis
 Pectora semiferi, atq; extinctos faucibus ignis.
 Ex illo celebratus honos: laeti, minores
 Seruauere diem: primusq; Potitius antea,
 Et domus Herculei custos Pinaria sacri,
 Hanc aram lucō statuit, quae maxima semper
 Dicitur nobis, & erit quae maxima semper.
 Quare agite o iuvenes, tantarū in munere laeta
 Cingite fronde comas, & pocula porgete dextra,
 Communemq; vocate deum, & date vīna relictis.
 Dixerat: Herculeā bicolor cūm populus vincta
 Velauitq; comas, folijsq; innexa pependit.
 Et sacer impleuit dexteram scyphus. ocyus amens
 In mensam laeti libant, diuosq; precantur.
 Deuexo interea propior fit vesp̄er Olympo:
 Iamq; sacerdotes, primusq; Potitius, ibant,

Pellibus in morem cincti, flammisque ferebant.
 Insaurant epulas, & mensa grata secunda
 Dona ferunt, cumulantque oneratis lancibus aras.
 Tum Salij ad cantus, incensa altaria circum,
 Populeis assunt euncti tempora ramis.
 Hic iuuenum chorus, ille senum, qui carmine laudes
 Hercules & facta ferunt: ut prima nouerca
 Monstra manu, geminosque premens eliserit angues:
 Ut bello egregias idem discerit vrbes,
 Troiamque, Oechaliamque, ut duos mille labores
 Rege sub Eurystheo, factis Iunonis iniqua,
 Pertulerit. tu nubigenas inuicte bimembres,
 Hylaeumque, Pholunumque, manu, tu Cresia matas
 Prodigia, & vastum Nemeae sub rupe leonem.
 Te Stygij tremuere lacus: te ianitor Orci,
 Ossa super recubans antro semesa cruento.
 Nec te vlla facies, non terruit ipse Typhoeus
 Arduus, arma tenens: non te rationis egentem
 Lerneus turba capitum circumsternit anguis.
 Saluae vera Iouis proles, decus addite diuis:
 Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo
 Talia carminibus celebrant: super omnia Caci
 Speluncam adijciunt, spirantemque ignibus ipsum.
 Consonat omne nemus strepitu, colleisque resulant.
 Exin se cuncti diuinis rebus ad urbem
 Perfectum referunt. ibat rex obsitus auro:
 Et comitem Aeneam iuxta, natumque tenebat,
 Ingrediens, varioque viam sermone leuabat.
 Minatur, facileque oculos fert omnia circum

Aeneas

Aeneas capiturq; locus, & singula latus
 Exquiratq; auditq; virum monumenta priorum.
 Tum rex Euandrus, Romana conditor arcu:
 Hac nemora indigena Fauni, Nymphaq; tenebant
 Gensq; virum truncis & duro robore nata:
 Quis neq; mos, neq; cultus erat: nec iungere taurum
 Aut componere opes norant, aut parcere partu.
 Sed rami, atq; asper victu venatus alebat.
 Primus ab ethereo venit Saturnus Olympo,
 Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
 Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
 Composuit, legesq; dedit: Latiumq; vocari
 Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
 Aureaq; (vt perhibent) illo sub rege fuere
 Secula: sic placida populos in pace regebat.
 Deterior donec paulatim, ac decolor atq;
 Et belli rabies, & amor successit habendi.
 Tum manus Ausonia, & gentes venere Sicanae,
 Sapius & nomen posuit Saturnia tellus.
 Tum reges, asperq; immani corpore Tybris,
 A quo post Itali fluvium cognomine Tybrim
 Diximus: amisit verum vetus Albula nomen.
 Me, pulsum patria, pelagiq; extrema sequentem
 Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
 His posuere locis: matrisq; egere tremenda
 Carmentis nympha monita, & deus autor Apollo.
 Vix ea dicta: dehinc progressus, monstrat & aram,
 Et Carmentalem Romano nomine portam,
 Quam memorat nympha priscam Carmentis honorem.

Vitis fatidica: cecinit qua prima futuros
 Arcadas magnos, & nobile Pallanteum.
 Hinc lucum ingentem (quem Romulus acer Asylum
 Retulit) & gelida monstrat sub rupe Lupercal,
 Parrhasio dictum Panos de more Lycai.
 Nec von & sacri monstrat nemus Argileti:
 Testaturq; locum, & lethum docet hospitis Argi.
 Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit,
 Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis.
 Iam tum religio pauidos terrebat agrestes
 Dura loci: iam tum syluam, saxumq; tremebant.
 Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem,
 (Quis deus, incertū est) habitat deus: Arcades ipsū
 Credunt se vidisse Iouem, cum saepe nigrantem
 Arida concuteret dextra, nimboq; ciceret.
 Hec duo præterea disiectis oppida muris,
 Reliquias veterumq; vides monumenta virorum.
 Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem:
 Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
 Talibus inter se dictis ad recta subibant
 Pauperū Euandri: pasumq; armenta videbant,
 Romanoq; foro, & lautis inggere Carinis.
 Ventum ad sedes: hæc, inquit, limina victor
 Alcides subiit: hæc illum regia cepit.
 Aude hospes contemnere opes, & te quoq; dignum
 Finge deo, rebusq; veni non asper egenus.
 Dixit: & angustis subter vestigia recti
 Ingentem Aeneam duxit: stratumq; locauit,
 Effulsit folijs, & pelle Libystidis vrsa.

Non

Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.
 At Venus haud animo nequicquam exterrita matris
 Laurentumq; minis & duro mora tumultu,
 Vulcanum alloquitur: thalamoq; hac coniugis atri
 Incipit, & dictis diuinum aspirat amorem.
 Dum bello Argolici vastabant Pergama reges
 Debita, casurasq; inimicis ignibus arces:
 Non vllum auxilium miseris, non arma rogauit
 Artis, opusq; tua: nec te, carissime coniunx,
 Incasumue tuos volui exercere labores:
 Quamuis & Priami deberem plurima natū,
 Et durum Aenea fleuissem saepe laborem.
 Nunc, Iouis imperijs, Rātūlorum constitit oris.
 Ergo eadem supplex venio, & sanctum mihi nomen
 Arma rogo, genitrix nato. te filia Nerei,
 Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniunx.
 Aspice qui coeant populi, quae moenia clausis
 Ferrum acuant portus, in me, excidiumq; meorum.
 Dixerat: & niueis hinc atq; hinc diua lacertis
 Cunctantem amplexu molli fouet. ille repente
 Accepit solitam flammam: notusq; medullas
 Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit.
 Non secus, atq; olim tonitru cum rupta corusco
 Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
 Sensi. leta dolis, & ferma conscia coniunx.
 Tum pater aeterno satur deuictus amore:
 Quid causas petis ex alto? fiducia cessit.
 Quod tibi diua mei? similis si cura fuisset,
 Tum quozq; fas nobis Teucros armare fuisset.

Nec pater omnipotens Troiam, nec fata vetabam
 Dare, decemq; alios Priamum superesse per annos.
 Et nunc si bellare paras, atque hac tibi mens est:
 Quicquid in arte mea possum promittere cura,
 Quod fieri ferro, liquidoque potest electro:
 Quantum igneis, animaq; valent: absiste precando
 Viribus indubitare tuis. ea verba locutus,
 Optatus dedit amplexus, placidumq; petiuit
 Coniugis infusus gremio per membra soporem.
 Inde, ubi prima quies, medio iam noctu abacta
 Curriculo, expulerat somnum, ceu scemina primum;
 Cui tolerare colo vitam tenuiq; Minerva
 Impositum cinerem, & sopitos suscitavit ignes,
 Noctem addens operi: famulasq; ad lumina longo
 Exeret penso, castum ut servare cubile
 Coniugis, & possit paruos educere natos.
 Haud secus Ignipotens, nec tempore segnior ille
 Mollibus è stratu opera ad fabrilia surgit.
 Insula Sicanium iuxta latus, Aeoliamq;
 Exigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:
 Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis
 Antra Aetnae tonant, validiq; incudibus ictus
 Auditi referunt gemitum, striduntq; cavernis
 Stridit Chalybum: & fornacibus ignis anhelat:
 Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
 Hoc tunc Ignipotens caelo descendit ab alto.
 Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
 Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pygmaeon.
 Illa informatum manibus iam parte polita

Z

Fulmen

Fulmen erat (toto genitor quae plurima colo
 Deiecit in terras) pars imperfecta manebat.
 Treis imbris torti radios, treis nubes aquosa
 Addiderant: Rutuli treis ignis, & alitis Austri.
 Fulgores nunc terrificos, sonitumq; metumq;
 Miscebant operi, flammisq; sequacibus iras.
 Parte alia Marti currumq; rotasq; volucres
 Instabant, quibus ille viros, quibus excutit vibus.
 Aegidamq; horrificam, turbatae Palladis arma,
 Certatim squamis serpentum, auroq; polibant:
 Connexosq; angues, ipsamq; in pectore diua
 Gargona, desecto vertentem lumina collo.
 Tollite cuncta, inquit, caeptosq; auferte labores
 Aetnei Cyclopes, & huc aduertite mentem.
 Arma acri facienda viro: nunc viribus vsus,
 Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra:
 Precipitate moras. nec plura effatus: at illi
 Ocyus incubuere omnes, pariterq; laborem
 Sortiti: fluit as riuus, aurig; metallum:
 Vulnificusq; chalybs vasta fornace liquecit.
 Ingentem clypeum informant, vnum omnia contra
 Tela Latinorum, septenosq; orbibus orbes
 Impediant. alij ventosis foliibus auras
 Accipiant, redduntq;: alij stridentia tingunt
 Aera lacu, gemit impositis incudibus antrum.
 Illi inter sese multa vi brachia tollunt
 In numerum, versantq; tenaci forcipe massam.
 Hac pater Aeolys properat dum Lemnius oris,
 Euandrum ex humili tecto lux suscitatur alma,

Et matutini volucrum sub culmine cantus.
 Conspicit senior, tunicaq; inducitur artus,
 Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis:
 Tum lateri, atq; humeris Tegea cum subligat ense,
 Deuissus ab leua panthera terga retorquens.
 Nec non & gemini custodes limine ab alto
 Prosedunt, gressumq; canes comitantur herilem.
 Hospitis Aeneae sedem, & secreta petebat,
 Sermonum memor, & promissi muneris heros.
 Nec minus Aeneas se matutinus agebat.
 Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.
 Congressi iungunt dextras, medijq; residunt
 Aedibus, & licito tandem sermone fruuntur.
 Rex prior haec:

Maxime Teucrorum ductor, quo sospire nunquam
 Res equidem Troia victas, aut regna fatebor:
 Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
 Exiguae vires. hinc Tusco claudimur amni:
 Hinc Rutulus premit, & murum circumsonat armis.
 Sed tibi ego ingentes populos, opulentaq; regnis
 Iungere castra paro: quam fors inopina salutem
 Offendat, fatis huc repositibus affers.
 Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto
 Vitis Agyllina sedes: vbi Lydia quondam
 Gens bello praclara iugu insedit Hetruscis.
 Hanc multos florentem annos rex deinde superbo
 Imperio, & sauis tenuit Mezenius armis.
 Quid memorem infandas cades? quid facta tyranni
 Effra? dii capiti ipsius, generiq; referuent.

Z 2

Mortua

Mortua quinetiam iungebat corpora viuis,
 Componens manibusq; manus, atq; oribus ora,
 (Tormenti genus) & sanie taboq; fluentes
 Complexu in misero, longa sic morte necabat.
 At sese tandem cines, infanda furentem
 Armati circumstunt, ipsunq; domunq;
 Obruncant socios: ignem ad fastigia iactant.
 Ille inter cedes Rutulorum elapsus in agros
 Confugere, & Turni defendier hospitii armis.
 Ergo omnis furijs surrexit Hetruria iussu:
 Regem ad supplicium presenti Marte reposcunt.
 Hu ego te Aenea ductorem millibus addam:
 Toto namq; fremunt condensa litore puppes,
 Signaq; ferre iubent, retinet longaeus aruspex
 Fata canens: O Meonia delecta iuuentus
 Flos veterum, virtutq; virum, quos iustus in hostem
 Fort dolor, & merita accendit Mezentii ira:
 Nulli fas Italo tantam subiungere gentem:
 Externos oprate duces, tum Heirusca resedit
 Hoc acies campo, monitus exterrita diuinum.
 Ipse oratores ad me regniq; coronam
 Cum scepro misit, mandatq; insignia Tarchon,
 Succedam castris, Tyrrhenaq; regna capessam.
 Sed mihi tarda gelu, seclug; effoeta senectus
 Inuidet imperium, seraq; ad sortis vires.
 Gnatum exhortarer, ni mistus matre Sabella,
 Hinc partem patriae traheret: tu, cuius & annis,
 Et generi fatum indulget, quem numina poscum,
 Ingredere, o Teucrium atq; Italum fortissime ducem.

Hanc tibi præterea, spes & solatia nostri,
 Pallanta adiungam: sub te tolerare magistro
 Militiam, & græue Martis opus, tua cernere facta
 Assuetat, primis & te miretur ab annis.
 Arcades huic equites bis centum, robora pubis
 Lætæ, dabo: totidemq; suo tibi nomine Pallas.
 Vix ea fatus erat, defixiq; ora tenebant
 Aeneas Anchisiades & fidus Achates:
 Multaq; dura suo tristi cum corde putabant:
 Ni signum cælo Cytherea dedisset aperto.
 Namq; improvisè vibratus ab æthere fulgor
 Cum sonitu venit: & ruere omnia visa repenti.
 Tyrrheniūq; tuba mugire per æthera clangor.
 Suspiciunt iterum atq; iterū fragor intonat ingens. *Scandit
 in caelum Diū
 arma, inter nubem, cæli in regione serena,
 Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.*
 Obstupere animis alijs: sed Troius heros
 Agnouit sonitum, & diua promissa parentis.
 Tum memorat: Ne verò hospes, ne quare profectū,
 Quem casum portenta ferant: ego poscor Olympo.
 Hoc signum cecinit missuram diua creatrix,
 Si bellum ingrueret, Vulcaniaq; arma per auras
 Laturam auxilio.
 Hæc quanta miseris cedes Laurentibus instant?
 Quas penas mihi Turne dabu! quā multa sub vnde
 Scuta virū, galeasq; & fortia corpora volues
 Tybri pater! poscant acies, & fœdera rumpant.
 Hæc ubi dicta dedit, folio se tollit ab alto:
 Et primū Herculeis sopitas ignibus aras

Excitat : hesternūq; larem, paruosq; penates
 Latius adit : mactat lectas de more bidentes
 Euandrus pariter, pariter Troiana iuuentus.
 Posthinc ad naueis graditur, sociosq; reuifit :
 Quorum de numero, qui sese in bella sequantur,
 Praestantes virtute legit : pars caetera prona
 Fertur aqua, segnisq; secundo defluit amni,
 Nuncia ventura Ascanio rerumq; patrisq;
 Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus aqua :
 Ducunt exortem Aeneas, quem filius leonis
 Pellis obit totum, praefulgens vnguibus aureis.
Fama volat parua subitō vulgata per urbem,
 Ocyus ire equites Tyrrheni ad litora regis.
 Vota metu duplicant matres, propiusq; periclo
 It timor, & maior Martis iam apparet imago.
 Tum pater Euandrus dextram complexus euntes,
 Haeret inexpectum lacrymans, ac talis satur :
O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos :
 (Qualis eram, cum primam aciem Pranaeste sub ipsa
 Straui, scutorumq; incendi victor aceruos :
 Et regem hac Herulum dextra sub tartara misi :
 Nascenti cui treis annos Feronia mater,
 Horrendum dictu, dederat : terna arma mouenda,
 Ter leibo sternendus erat : cui tum tamen omne
 Abstulit haec animas dextra, & totidē exiit armis.
 Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam
 Nate tuo : neq; finitimus Mezentius vnquam
 Huic capiti insultans, tot ferro saeva dedisset
 Funera, tam multis viduasset ciuibus urbem.

At vos o superi, & diuinum tu maxime rector
 Iuppiter, Arcadij queso miserescite regis,
 Et patrias audite preces, si numina vestra
 Incolumem Pallanta mihi: si fata reseruant:
 Si visurus eum viuo, & venturus in vnum:
 Vitam oro: patiar quenuis durare laborem.
 Sio aliquem infandum casum fortuna minaris:
Nunc a nunc liceat crudelem abrumper vitam.
Dum cura ambigua, dum spes incerta futuri,
 Dum te, care puer, mea sola & sera voluptas,
 Complexu teneo: grauior ne nuncius aures
 Vulneret. hac genitor digressu dicta supremo
 Fundebat, famuli collapsum in tecta ferebant.
 Longq; adeo exierat portis equitatus apertis,
 Aeneas inter primos, & fidus Achates:
 Inde alij Troia procures: ipse agmine Pallas
 In medio, chlamyde & pictis conspectus in armis.
 Qualis vbi Oceani peresus Lucifer vnda,
 (Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes)
 Extulit os sacrum caelo, tenebrasq; resoluit.
 Stant pauidae in muris matres, oculisq; sequuntur
 Puluerem nubem, & fulgentis are cateruas.
 Olli per dumos, qua proxima meta viarum,
 Armati tendunt: ut clamor, & agmine facto
Quadrupedante putre sonitu quatit ungula campu.
 Est ingens gelidum lacus prope Caritis amnem,
 Religione patrum late sacer, vndiq; coiles
 Inclusero caui, & nigra nemus abiete cingunt.
 Syluano fama est, veteres sacrasse Pelasgos,

Aruorum pecoriq; deo, lucumq; diemq;
 Qui primi fines aliquando habuere Latinos.
 Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenenda
 Castra locis: celsiq; omnis de collo videri
 Iam poterat legio, & latis tendebat in aruū.
 Hac pater Aeneas, & bello lecta iuuentus
 Succedunt, fessiq; & equos, & corpora curam.
 At Venus aethereos inter dea candida nimbo,
 Dona ferens aderat, natumq; in valle reducta
 Vt procul è gelido secretum flumine vidit:
 Talibus affata est dictis, seq; obrulit vltro.
 En perfecta mei promissa coniugis arte
 Munera: ne mox, aut Laurenteis, nate, superles,
 Aut acrem dubites in pralia poscere Turnum.
 Dixit: & amplexus nati Cytherea petiuit:
 Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.
 Ille dea donis, & tanto letus honore,
 Expleri nequit, atq; oculos per singula voluit.
 Miraturq;, interq; manus & brachia versat
 Terribilem cristis galeam, flammamq; vomentem,
 Fatiferumq; ense, loricam ex ære rigentem,
 Sanguineam, ingentem: qualis cum cœrula nubis
 Solis inar descend radijs, longeq; resulget.
 Tum leueis ocreas electro, auroq; recocto,
 Hastamq;, & clypei non enarrabile textum,
 Illic res Italas, Romanorumq; triumphos,
 Haud vatam ignarus, venturinq; inscius eni,
 Eec erat Ignipotens: illic genus omne futura
 Stirps ab Ascanio, pugnataq; in ordine bella.

Pecerat & viridi sætam Mauortis in antro
 Procubuisse lupam, geminos huic vbera circum
 Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
 Impavidos: illam tereti ceruice reflexam
 Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.
 Nec procul hinc Romæ, & raptas sine more Sabinas
 Confessu cauea, magnis Circensibus actis,
 Adsideram, subitoq; nouum consurgere bellum
 Romulidis, Tatiog; seni, Curibusq; seueris.
 Post idem inter se posito certamine reges
 Armati, Iouis ante aras, paterasq; tenentes
 Stabant, & casa iungebant fœdera porca.
 Haud procul inde, citæ Metium in diuersa quadrigæ.
 Distulerant (at tu dictus Albane maneres)
 Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus
 Per siluam, & sparsi rorabant sanguine vepres.
 Nec non Tarquinium eiectum Porsenna iubebat
 Accipere, ingentiq; urbem obsidione premebat.
 Aeneada in ferrum pro libertate ruebant.
 Ibum indignanti similem, similemq; minanti
 Aspiceres, pontem auderet quod vellere Cocles,
 Et fluuium vinclis innaret Clælia ruptis.
 In summo custos Tarpeia Manlius arcis
 Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat:
 Romuleoq; recens horrebat regia culmo.
 Atq; hic auratis volitans argenteus anser
 Porcibus, Gallos in limine adesse canebat:
 Galli per dumos aderant, arcemq; tenebant,
 Defensi tenebris, & dono noctis opaca.

Aurea caesareis ollis, atq; aurea vestis:
 Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla
 Auro innectuntur: duo quisq; Alpina coruscant
 Gasa manu, scutus protecti corpora longis.
 Hinc exultantes Salios, nudosq; Lupercos,
 Lanigerosq; apices, & lapsa ancylia caelo
 Extuderat: casta ducebant sacra per urbem
 Pientis matres in mollibus. hinc procul additi
 Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis:
 Et scelerum penas, & te Catilina minaci
 Pendentem scopulo, furiarumq; ora trementem:
 Secretosq; pios: his dantem iuxta Catonem.
 Hac inter tumidi late maris ibat imago
 Aurea, sed fluctu spumabant caerulea cano:
 Et circum argento clari Delphines in orbem
 Aequora verrebant caudis, assumq; secabant.
 In medio classes aratas, Actia bella
 Cernere erat: totumq; instructo Marte videres
 Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus.
 Hinc Augustus agens Italos in praelia Caesar
 Cum patribus, populoq; penatibus & magnis diis
 Stans celsa in puppi: geminas cui tempora flammis
 Leta vomunt, patriumq; aperitur vertice sidus.
 Parte alia, ventis & diis Agrippa secundis
 Arduus, agmen agens: cui, belli insigne superbum,
 Tempora nauali fulgent rostrata corona.
 Hinc ope barbarica variisq; Antonius armis
 Victor ab aurora populus & litore rubro
 Aegyptum, vi esq; Orientis, & vltima secum

Bastra vehit : sequiturq; (neas) Aegyptia coniunx.
 Vna omnes ruere, ac totum spumare reductis
 Consulsum remus rostrisq; stridentibus aequor.
 Atq; petunt : pelago credas innare reuulsa
 Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.
 Tanta mole viri ruritis puppibus instant.
 Stuprea flamma manu, telusq; volatile ferram
 Spargitur : arua noua Neptunia caede rubeunt.
 Regina in medijs patrio vocat agmina fistro :
 Nec dum etiam geminos à tergo respicit angues.
 Ompigenumq; deum monstra, & latrator Anubis,
 Contra Neptunū, & Venerem, contraq; Mineruam
 Tela tenent : sauii medio in certamine Mauors,
 Calatus ferro, tristesq; ex aethere Dira,
 Et scissa gaudens vadis Discordia palla:
 Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
 Aëlius hac cernens arcum intendebat Apollo
 Desuper : omnis eo terrore Aegyptus, & Indi,
 Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabai.
 Ipsa videbatur ventis Regina vocatis
 Vela dare, & laxos iam iamq; immittere funes.
 Illam inter cades pallentem morte futura
 Ecce rat ignipotens, vndū & Lapyge ferri :
 Contra autem magno mœrentem corpore Nilum,
 Pandentemq; sinus, & tota veste vocantem
 Ceruleum in gremium laticroscisq; flumina victos.
 At Caesar triplici inuectus Romana triumpho
 Mœnia, dijs Italis votum immortale sacrabat,
 Maxima tercentum totam delubra per urbem.

Leticia

Læticia ludiq; viâ, plausuq; fremebant :
 Omnibus in templis matrum chorus : omnibus aras
 Ante aras terram casti strauere iuuenti.
 Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi,
 Dona recognoscit populorum, aptatq; superbia
 Postibus. incedunt victa longo ordine gentes,
 Quam varia linguis, habitu tam vestis, & armis.
 Hic Nomadam genus, & distinctos Mulciber Apus
 Hic Lelegas, Carasq; sagittiferosq; Gelonos
 Finxerat. Euphrates ibat iam mollior vndis:
 Extremiq; hominum Morini, Rhennuq; bicornis,
 Indomitq; Daci, & pontem indignatus Araxes,
 Talia per chypeum Vulcani dona parentis
 Miratur: rerumq; ignarus imagine gaudet,
 Astollens humero samamq; & fata nepotum.



